

RECITATIO
SOLENNIS AD L.
VNICAM COD. DE
PALATIIS, ET DOMIBVS
DOMINICIS

LIB. XI.

AUTHORE

IOSEPHO AB EXEA, ET
Descartin I. C. Cæsaraugustano, in alma
Academia Vespertinam Iuris Civilis
Cathedram moderante.

AD

ILLVSTRISSIMVM D.D. CHRISTOPHORVM
Crespi de Valdaura, Sacri Supremi Senatus Coronæ
Aragonum Vicecancellarium, & Præsidem,
Ordinis Divæ Mariæ Montesiæ
Clavigerum.




CÆSAR-AVGVSTÆ:



Apud DIDACVM DORMER.

Anno M.DC.LV.

EX Bibliotheca S. S. M. de S. G. de Salamanca.



F. fe.^o Fanfen fe



CENSURA

R. P. M. HIERONYMI XAVIERRE

Ord. Prædic. in Casaraugustana Acade-
mia publici D. Thoma Interpretis.

EX præscripto admodum Illustr. D. D.
Didaci Hieronymi Sala Vicarij Me-
tropolitani, &c. vidi hoc opus plane re-
gium, & argumento examussim respondens:
& vt numero dicam, numeris omnibus abso-
lutum, nec a suo Authore alienum, & in quo
nilul Fidei Catholicæ contrarium animadver-
sum. Ergo iudicium hoc meum esto, vt à Do-
rio ad Phrygium semel transeam: hæc scripta
non solum typis mandanda, verum linienda
Cedro, & levi seruanda Cupresso. Cæsaraug-
tertio nonas April. M. DC. LV.

Hieronymus Xavierre.

Exco Regens.

IMPRIMATUR.

Sala Vic. Gene.

AD

2

IV.



RECITATIO
SOLENNIS AD
Legem vnicam C. de Pala-
tiji, & Domibus
Dominicis.



ARMATA Romanorum militia,
Rector Illustris. Armata, inquam,
Romanorum militia, quæ Impera-
tores creavit, gentes edomuit, &
famæ sinus implevit, sic in tribuen-
dis honoribus institutam, & circumspectam se præ-
buit, ut nec antea quis ad præmij fastigium perve-
niret, quam numeris omnibus absolutus per singu-
los dignitatum gradus conscendisset; identidem
per æquales honorum gradus togata, & infularis
militia suffragantibus meritis honestatos conde-
corat: sed hæc non eo dicta esse velim, Moderator,